

28. Papa Urbano VIII all'imperatore Ferdinando II.¹

Roma, 21 luglio 1635.

« Carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando Hungariae et Bohemiae Regi illustri in Romanorum Imperatorem electo.

Urbanus PP. VIII.

Carissime in Christo fili Noster, salutem et Apostolicam benedictionem. Ex egregiis Maiestatis tuae conatibus pro Ecclesiae catholicae defensione summa cum laude susceptis Nobis semper polliciti sumus, nihil animo tuo sese offerre, quod vehementius cupias, quam gloriam christianae reipublicae, quae merito magnam futurae suae amplificationis in tua virtute ac pietate spem posuit. Itaque ubi aliquas nuperae conditiones pacis cognovimus, quas nobilis vir Scipio princeps Bozuli orator tuus Nobis nomine tuo significavit, cum gravi animi Nostri sensu accidit, non omnia auctoritati tuae ac pietati iure debita fuisse constituta, et in iis sane, quae ad religionem spectant, minus quam ex tuis votis, qui singulari animi magnitudine de Ecclesiae dignitate te valde sollicitum praestas, esse firmata. Serio hac de re tecum agent venerabilis frater Marius archiepiscopus Avenionensis et venerabilis frater Malatesta episcopus Pisarenensis, quibus a te integram fidem haberi cupimus. Deum precamur, ut religionis causam praesidio tueatur teque caelestibus beneficiis affatim ditet. Maiestati tuae Apostolicam benedictionem amantissime impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo piscatoris die XXI Iulii MDCXXXV, pontificatus Nostri anno XII ».

Epist. XIII-XIV n. 32, Archivio segreto pontificio.

29. Protocollo di una congregazione cardinalizia « de redditibus ecclesiasticis ».²

1642/43.

Sedute dell'11 e 19 novembre, 3, 16, 23 e 30 dicembre 1642. Conclusioni: quanto possa prendere il papa sui redditi ecclesiastici (il 18 gennaio 1643) firmata anche dal cardinale Lugo.

« Quaesitum est in congregatione facta die 28 Augusti 1643 [?] in palatio coram [?] card. Alterii, an et quale iudicium practicum et prudentiale ferri possit circa quotam aliquam, quam Summus Pontifex possit libere et quasi bona patrimonialia distribuere ex iis quae ratione suae dignitatis percipit, et resolutum fuit ab omnibus, posse ad minus ob rationes alias consideratas stipendii, laboris et aliorum titulorum assignare centum millia scuta monetae Romanae annua ultra

¹ Cfr. sopra p. 486.

² Cfr. sopra p. 264.